



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 7. Ventorum Dominus est solus Deus..

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

disset Moyses manum super mare , abstulit il-
lud Dominus, flante vento vehementi & vren-
te, tota nocte, & vertit in siccū: siue tunc ven-
tus magno impetu incurrés, seu percurrentes
scissas, per medium, aquas extrusserit, in v-
trumque latus; viamq; vndis nudārit, in pa-
riétum morem vtrinq; Angelica manu, re-
tentis, siue virtute vrendi siccandiq; aquas
absumperit; siue aquis Angelorum ministe-
rio, in vtrumque latus, muri instar, erectis,
humidum, limosum & lutulentum fundum
siccārit duntaxat. Quem ventum textus
Hebraicus *Orientalem* vocat. Hebræi enim
tunc iter, contra orientē faciebant, & con-
tra mare rubrum, quod Ægypto est ori-
entale. Igitur vento factū est, vt mare, sine na-
uibus, posset transiri; & vento, vbi mare non
cedit, naues impelluntur: quæ, vt in omnes
partes possent agi, variæ sunt ventorum
stationes.

§. VII.

Ventorum Dominus est solus Deus.

Hæc, & plura eiusmodi ventorū com-
moda, Theologi, Philosophi, &, cum illis,
Eugubinus, enarrant; vt proinde meritò
illi, inter DEI thesauros enumerētur, qui e-
ducens nubes ab extremo terræ; fulgura in plu-

Eugub.lii

7. perén.

Philo-

soph. cap.

vlt. Psal.

134. 7.

G 3 miam

uiā fecit: *Qui producit ventos de thesauris suis ad quorum motum, & caussam rimandam, multi accesserunt, nemo adhuc penitus peruenit.* Solus Deus verus, (nō Æolus aliquis, aut Neptunus,) eos habet in potestate; vel inde agnoscendus viuere, ac spirare. Sicut,

Matth. 8.
26.

Virgil.
Cepari-
us. De
vit. B. A.
loysij lib.
I. cap. 7.

quando Christus *surgens imperauit ventis & mari*, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: *Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Hoc ventorum dominium ad solum Deum pertinere, iam tum etiam diuinę indolis puer agnouerat, B. Aloysius Gonzaga. Siquidem Iacobū Principem, etiā tum parvulum, è fenestra prospicteantem, ventus vehementiori flatu incessanter bat: cui ille pueriliter indignabundus: *H E U S* vente, inquit, impero tibi, ut molestiam mihi exhibere desinas. *Tum Aloysius, qui proximus astabat, opportunitate usus:* Potes, inquit, Domine, homines, dictis obedientes nancisci, in elementa autem solius Dei imperium est, cui & te parere oportet. *Rex, uti de omnibus filij rebus solebat, ita de hoc quoque mandato, quod vento dederat, atque de Aloysij apophategmate certior factus, in loco, & prudenter dictū esse judicauit.* Solius enim Dei in vētos est potestas, quam sanè luculentā ostendit,

teste

reste Sigiberto, Anno 1081. cùm campanile Ecclesiæ S. Petri Maledemburgensis, in Belgio, (quam, ipso Apostolo sibi reuelante extruxerat, & consecrârat S. Vrsmarus Episcopus) vebe- menti vento flante euulsum, inq[ue] terram inuer- sum, ita in aëre penderet, ut tum sui ipsius, tum vicinorum omnium ruinam minitaretur, popu- lusque in 6. dierum, totidemque noctium spatio tractaret, quanam ratione, hinc inde extractis machinis, sursum erigi posset; ecce prid. cal Ian. circa noctis medium tota Ecclesia intus ac foris luce ignea diuinitus impletur: ipsum vero cam- panile totū simul erigitur, suisque in sedibus fir- missimè, campanis mox sonantibus, reponitur. Hoc imperiū in ventos, solas Dei s habet.

§. VIII.

An, & cur Deus etiam magis, in ventos per- mittat potestatem?

Vel fabulosum igitur, vel Magicum fuit, quod Suidas refert, cùm aliquando Etesiæ ita vehementer flarent, vt fruges sternerent, Empedoclem Agrigentinum, nouo philoso- phandi genere, jussisse asinos, animal sine fraude dolosq[ue] excoriari, & vtres fieri, eosque in promontorijs extendi, vt ventum vtiq[ue] asinimum exciperent. Quo sopito, appellatus fuit καλυστρός; quasi prohibitorem ven-

G. 4

torum